

V

BALNEUM CLAUDI ETRUSCI

- Non Helicon gravi pulsat chelys ent<h>ea plectro,
 nec lassata voco totiens mihi numina, Musas;
 et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhan;
 tu quoque muta fer<a>e, volucer Tegeae, sonorae
 5 terga premas: alios poscunt mea carmina coetus.
 Naidas, undarum dominas, regemque corusci
 ignis adhuc fessum Siculoque incude rubentem
 elicuisse satis. Paulum arma nocentia, Thebae,
 ponite: dilecto volo lascivire sodali.
 10 Iunge, puer, cyat<h>os, at ne numerare labora,
 cunctantemque incende chelyn; discede Laborque
 Curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis
 balnea dumque procax vittis hederisque, soluta
 fronde verecunda, Clio mea ludit Etrusco.
 15 Ite, deae virides, liquidosque advertite vultus
 et vitreum teneris crinem redimite corymbis,
 veste nihil tectae, quales emergitis altis
 fontibus et visu Satyros torquetis amantes.
 Non vos, quae culpa decus infamastis aquarum,
 20 sollicitare iuvat; procul hinc et fonte doloso
 Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu
 flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.
 Vos mihi, quae Latium septenaque culmina, Nymphae,
 incolitis Thybrimque novis attollitis undis,
 25 quas praeceps Anien atque exceptura natatus
 Virgo iuvat Marsasque nives et frigora ducens
 Marcia, praecelsis quarum vaga molibus unda

5, 3-4. Euhan è Bacco e l'alato dio di Tègea è Mercurio, inventore della lira.

8. Per un momento il poeta lascia da parte la *Tebaide*, a cui ancora attendeva.

10. Si ricordi che questa selva, com'è detto nell'epistola introduttiva, fu scritta durante una cena (*intra moram cenae*).

14. Il Poeta dopo aver messo da parte Apollo e Bacco, inaspettatamente introduce la musa della Storia, Clio, libera dall'alloro di Apollo, perché gl'ispiri una descrizione che poco ha di storico, se si eccettuano i riferimenti mitologici, del resto sempre numerosi in Stazio.

21. La ninfa Salmacide (cfr. Ov., *Met.*, IV, 285 segg.) trascinò nelle sue acque Ermafrodito; Cebrene, fiume della Troade, si disseccò per il dolore

- crescit et innumero pendens transmittitur arcu.
 Vestrum opus adgredimur, Vestra est, quam carmine molli
 30 pando, domus. Non umquam aliis habitastis in antris
 ditius. Ipsa manus tenuit Cytherea mariti
 monstravitque artes; neu vilis flamma caminos
 ureret, ipsa facies volucrum succendit Amorum.
 Non huc admissae Thasos aut undosa Carystos;
 35 maeret onyx longe, queriturque exclusus ophites:
 sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
 purpura, sola cavo Phrygiae quam Synnados antro
 ipse cruentavit maculis liventibus Attis
 quaeque Tyri niveas secat et Sidonia rupes.
 40 Vix locus Eurotae, viridis cum regula longo
 Synnada distinctu variat. Non limina cessant,
 effulgent camerae, vario fastigia vitro
 in species animoque nitent. Stupet ipse beatas
 circumplexus opes et parcius imperat ignis.
 45 Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis
 perforat atque alio sol improbus uritur aestu.
 Nil ibi plebeium; nusquam Temesaea notabis
 aera, sed argento felix propellitur unda
 argentoque cadit labrisque nitentibus instat
 50 delicias mirata suas et abire recusat.
 Extra autem niveo qui margine caerulus amnis
 vivit et in summum fundo patet omnis ab imo,
 cui non ire lacu pigrosque exsolvere amictus
 suadeat? Hoc mallet nasci Cytherea profundo,
 55 hic te perspicuum melius, Narcisse, videres,
 hic velox Hecate vehit et deprensa lavari.

34. Il marmo di Taso è il così detto marmo greco livido, bianco con macchie lucide; per il marmo di Caristo e l'onice cfr. 2, 148; l'ofite è il *serpentino* numidico e frigio. Si veda, in genere, per tutti questi marmi 2, 148 segg.

35-39. Per il guasto del passo vedi la *Nota al Testo*.

40. Raro è cioè il verde marmo della Laconia, che è qui usato soltanto per sottolineare col suo colore il pavonazzetto.

42. Le volte dei bagni erano coperte da vetri di vario colore, con disegni raffiguranti figure animali.

Quid nunc strata solo referam tabulata crepantis
 auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
 aedibus et tenuem volvunt hypocausta vaporem?

- 60 Nec si Baianis veniat novus hospes ab oris,
 talia despiciet (fas sit componere magnis
 parva), Neronea nec qui modo lotus in unda,
 hic iterum sudare neget. Macte, oro, nitenti
 ingenio curaue puer! Tecum ista senescant
 65 et tua iam melius discat fortuna renasci.

VI

KALENDAE DECEMBRES

Et Phoebus pater et severa Pallas
 et Musae procul ite feriatae:
 Iani vos revocabimus Kalendis.
 Saturnus mihi compede exsoluta

- 5 et multo gravidus mero December
 et ridens Iocus et Sales protervi
 adsint, dum refero diem beatum
 laeti Caesaris ebriamque † parcen †.

- Vix Aurora novos movebat ortus,
 10 iam bellaria linea pluebant
 (hunc rorem veniens profudit Eurus):
 quicquid nobile Ponticis nucetis
 fecundis cadit aut iugis Idumes,
 quod ramis pia germinat Damascos,
 15 et quod percoquit Ebosia Caunos

60. Baia era il più grande centro balneare del tempo.

65. Si allude con discrezione alla sfortuna che aveva colpito Claudio Etrusco nella persona del padre, esiliato da Domiziano e da poco ritornato a casa (ciò che spiega il migliore destino auguratogli dal Poeta); cfr. III, 3, 154 segg.

6, 4. Durante le feste a lui consacrate (qui non si tratta di Saturnali, ma di una festa straordinaria celebrata nel mese dei Saturnali) s'immaginava che Saturno, tenuto legato sotto la dominazione di Giove, venisse liberato dai vincoli di lana in cui era tenuto. Si veda MACR., *Saturn.*, I, 8, 5.

8. Per questo verso vedi la *Nota al Testo*.

10. *Linea* è la corda a cui erano legate le ghiottonerie (*bellaria*) destinate a cader giù in mezzo alla folla.